

B. M. II, 102.

h. 22, 6.

8 (X1878221)

PK
2228

DISSERTATIO JURIDICA

De

CIVITATIBUS

IMPERIALIBUS

Earumq;

JURIBUS.

Quam

ex

Auctoritate

Nobilissimi Jctorum Ordinis

Sub

PRÆSIDIO

NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI atqve EXCELLENTISSIMI
VIRI

FRIDR. GEISLERI, Neussendorff-Silesii.

Phil. & J.U.D. ac Instit. imperial. Prof. publici,

Fautoris omni observantiæ cultu
devenerandi,

Publicæ Eruditorum censuræ

ad diem 7. Novemb. A.C. 1678. Horis locoq; consuetis
exponit

JOHANN-JACOB Taffinger/Ravenspurgo-Svevus,
Aut. & Resp.

LIPSIÆ, Literis WITTIGAVIANIS.







I. N. D. N. J.

PRÆFATIO.

Cum turpe sit Patricio, & Nobili & causas Oranti, Jus, in quo versatur, ignorare, *l. 2. §. 43. ff. de Orig. jur. cavendum utiq;* mihi esse puto, ne domesticas Leges, Statuta, Jura & Privilegia negligam. Cum primis quia honestum, utile & jucundum esse animadverti, operam dedisse Juri partim Privato, quod singulorum utilitatem concernit, *§. 4. Inst. de J. & J. §. l. 1. §. 2. ff. eod. item c. 12. dist. 1.* partim etiam Publico Imperii, quod ad statum Reipublicæ Romano-Germanicæ conservandum spectat. *dict. LL. §. c. 11. dist. 1.* Cum autem inter *Status Imperii* tertiâ classe collocentur *Civitates Imperiales*, inter quas etiam dulcissimam *Patriæ Urbem* agnovi, ideoq; libet JURA CIVITATUM IMPERIALIUM delibare, ac nonnullis Thesis comprehensa publicæ placidæq; Ventilationi exponere. DEUS adsit conatibus clementissimè!

A 2

§. 1.

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

§. 1.

Civitas dicitur quasi *coivitas*, & *Civis* quasi *coivis*, à *coëndo*, id est, à civium conjunctione, quòd in illâ cives vinculo quodam societatis in unum *coëant*. Sic *Cives* dicuntur ingredientiés portam civitatis & egredientes portâ civitatis.

Gen. c. 23. v. 10. & c. 34. v. 24. Sunt tamen etiam, qui *Civitatem* à *convivendo* deducunt statuunt eandem plurimorum vitas consciscere & continere commodè & benè vivendi gratiâ. Aliis dicitur *Civitas* quasi *Civium unitas*.

§. 2. Civitatis nomen sumitur (I. *Materialiter*, & (a) *latè* pro universo Reip. corpore, sive sit *Respublica per se*, sive alii *Respublicæ subjecta*. Sic *civitas* κατ' ἐξοχήν & *Actorū* peculiari more ponitur pro *Roma*, §. 2. *Inst. de J. N. G. & C. §. fin. Inst. de Satisdat.* *Populus* pro populo Romano, *Publicum* pro populi Romani proprio. l. 15. ff. de V. S. §. l. 26. ad *St. Trebell.* Hinc *Roma* communis nostra patria dicitur, l. 33. ff. ad *Municipal.* & *cives Romani* dicuntur effecti, qui in orbe Romano sunt. l. 17. ff. de *stat. hom. Nov. 78. c. 5.* (b) in *strictiore sensu* civitas sumitur (1) pro *Cœtu* iisdem legibus consociato, etiamsi per vicis & urbes sejuncto, l. 4. pr. & §. 2. ff. de *Cens.* qualis *Civitas* hodiè est in pagis *Helveticis Uri / Schweiz / Appenzell / Unterwalden / Claris.* (2.) Pro ipsa *Ædificiorum & prædiorum universitate*, hoc est, *suburbiis, villis, pagis, prædiis, & aliis bonis ad civitatem pertinentibus.* arg. l. 2. pr. l. 87. l. 139. l. 173. §. 1. ff. de V. S. l. 4. §. 4. ff. de *penu legat. c. 17. de sent. excommunicat. in 6.* (3.) pro *Populo* in civitate existente. l. 2. §. 13. ff. de *orig. Jur. §. 1. Inst. de J. N. G. & C. Nov. 161.*

§. 3. (II. *Formaliter* sumitur nomen *Civitatis* pro ordine sive statu, *Regimine & administratione* publici cœtûs. Sic dicitur *der Nürnberger / Ravenspurger / Ulmer / & aliorum Estat*, hoc est, *Stadt-Regiment.* Hoc loco accipimus *Civitatem* pro cœtu & multitudi-
tudine civium iisdem legibus & moribus viventium, & *Urbem* muro clausam inhabitantium, l. 27. ff. de *reb. cred. t. t. ff. de administrat. rer. ad civit. pertinent. arg. c. 17. de sent. excommunicat. in 6.*

§. 4. *Equipollentia* vocabulo *Civitatis* reperiuntur *Urbs*, l. 8. C. de *adific. priv. Municipium*, arg. l. 1. §. 1. 2. ff. ad *Municipal. U-*
niver-

niverſitas, Oppidum, item Republica, l. 31. §. 1. ff. de furt: idq;ve in minùs-propria ſignificatione; Propriè enim loquendo *Urbs* eſt receptaculum civium, & in ædificiis & mœnibus conſiſtit, l. 2. pr. l. 87. l. 239. ff. de V. S. Civitas verò in incolis. arg. c. 17. de ſent. excommunicat. in 6. *Municipia* quidem Civitates Romanæ fuerunt dicta, & eorum incolæ Cives Romani effecti, eâ tamen conditione, ut ſemper Rempublicam ſeparatim à populo Romano haberent, & ſuo jure uterentur, nullâ populi Romani lege adſtricti. *Univerſitas* nihil aliud eſt, quàm ipſimet homines univerſitatis collectivè ſumti. *gloſſ. in l. 7. §. 1. ff. Quod cujuſq; univerſitat. nom.* *Oppidum* (ſecundum acceptionem Vulgi) eſt minor & obſcurior urbs, ob opem ferendam & ſuſtinendam ſic dicta. l. 239. §. 7. ff. de V. S.

§. 5. *Republica* propriè denotat integrum aliquod Imperium, Regnum, Provinciam vel Nationem, & rerum inter ſe communium gubernationem, omneſq;ve Regiminis ſpecies comprehendit, quæ ſub unâ aliquâ ſummâ poteſtate continentur; *Ariſtot. Polit. Lib. 2. c. 1. Lib. 3. c. 4. & Lib. 4. c. 1.* Ita & hòc ſenſu Romanum tantùm Imperium, vocatur Republica, *Nov. 1. pr. l. 15. l. 16. ff. de V. S.* quia ſolus olim populus Romanus vel Imperator Rempublicam habebat; *impropriè* tamen aliæ etiam Civitates, quæ ſunt conſtitutiones populi, v. g. Norinbergeniſis, Auguſtana, Ravenspurgenſis, Ulmenſis &c. Republicæ ſalutantur.

§. 6. *Vox Imperialis in genere* denotat quicquid quòcunq;ve modò ad Imperium pertinet, v. g. nummus Imperialis, ſanctio Imperialis. Et hoc ſenſu omnes Civitates, quæ ad Imperium pertinent, Imperiales dici poſſunt. l. 26. ff. ad Sct. Trebell. Sed in ſpecie & ſecundùm communem obſervantiam VOX IMPERIALIS designat dignitatem Status Imperii, & ponit differentiam ſpecificam inter eas Civitates, quæ jus ſeſſionis & ſuffragii in comitiis habent vel non.

§. 7. Nam quoad hodiernum Imperii Romano-Germanici ſtatum Civitates in genere à quàmplurimis dividuntur in Imperiales ſive Immediatas Freye Reichs-Städte/ in Municipales, Provinciales ſive Mediatas Land- Fürſten- Erb- oder Herren- Städte; & in Mixtas. Poſterioribus hac vice omiſſis, Priorum, CIVITATUM nempe IMPERIALIUM, tractationem curabimus.

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

§. 8. CIVITAS autem IMPERIALIS est civitas, quæ Imperio Romano-Germanico & Imperatori immediatè subjecta, Catalogo statuum Imperii inscripta, secundùm matriculam certam Imperio summam contribuit, & in Comitii sessionem & votum obtinet.

§. 9. *Generis* loco ponitur *Civitas*: quia hoc nomen commune est multis Civitatibus aliis, quæ non sunt Imperiales. Per reliqua autem verba, quæ *Differentiam* exhibent, restringitur Genus ad solum Definitum, ita, ut hoc cum illo possit reciprocari hõc modò: O. Civitas Imperialis est Civitas, quæ Imperio Romano-Germanico & Imperatori immediatè subjecta, Catalogo statuum Imperii inscripta, secundùm matriculam certam Imperio summam contribuit, & in Comitii sessionem & votum obtinet; & O. Civitas, quæ Imperio Romano-Germanico & Imperatori immediatè subjecta, catalogo statuum Imperii inscripta, secundùm matriculam certam Imperio summam contribuit, & in Comitii sessionem & votum obtinet, est Civitas Imperialis. Eadem Civitates dicuntur quoque LIBERÆ: idque ob hanc rationem, quia liberæ sunt à dominio Principum: uti & Nobiles immediati pari ratione *Liberi* appellantur, die Freye Reichs-Ritterschafft in Francken/Schwaben/und Rhein-Land.

§. 10. Dividi quidem vulgò solent Civitates Imperiales in *Liberas Imperii Civitates Freye Reichs-Städte* & simpliciter *Imperiales Reichs-Städte*. Quæ differentia probatur ex copulativa particula *Und* in verb. *Freye Und Reichs-Städte*. *Recess. Imp. de A. 1544. 1555.* LIBERÆ autem IMPERII CIVITATES illæ vocantur, quæ nihil ex Aquila Romana in insigniis habent, & quæ Episcoporum olim jugo subfuerunt, postea verò pecuniâ vel aliis modis Libertatis beneficium recuperarunt. Simpliciter IMPERIALES dicuntur, quæ vel integram Aquilam, vel partem Aquilæ in insigniis habent.

§. 11. Sed nullam esse Realem inter eas differentiam, multi Jctorum probabilius statuunt, secundùm verba Autoris Præjudic. Cam. Imp. Gemeiniglich und collectivè zu reden sind Freye und Reichs-Städte im Grund ein Ding/ als daß alle Reichs-Städte auch Freye-Städte seynd und genennet werden/ eò respectu & fundamen-

damentò, daß sie sonst keinen andern Herrn/ dann Kåyserliche Majestät oder das Heil. Reich ohne Mittel haben und erkennen.

§. 12. *Causa Efficiens Prima* civitatum Imperialium Germanicarum est DEUS O. M. qui omnis Regiminis omniumque Politiarum causa (*secundum Dan. c. 2. v. 37. 38.*) existit. *Secunda* fuerunt Imperatores, qui soli Jus civitates condendi concedunt, & ipsi multa oppida Imperialia condiderunt. Sic Fridericus I. Sveviæ antea Dux Efslingam, Reutlingam & Heilbronnæ circumdedit muris, & villas in oppida transmutavit.

§. 13. Quod ad *Origines* attinet primas, Germani quidem ab initio non Urbes, sed Vicos incoluerunt, & Urbes nullò ferre potuerunt modò, eò, quod fera animalia, si clausa tenerentur, virtutis obliviscerentur: Poloni quoque ex antiquò more oppida munita non magni faciunt, nec eorum, nisi exiguum habent numerum. Nemo sanè Historicorum, qui expeditiones Romanas in Germaniam usque ad seculum à Nato Salvatore quintum sat prolixè scripserunt, vel verbulo *Urbis germanicæ* meminit, uti patet ex Tacito, aliisque.

§. 14. Postquam verò Aquila Romæ capitis Orbis ad Orientem & Occidentem victrix pr. §. 1. proëm. *Inst. Nov. 9. in præf. Nov. 26. c. 2. pr. item l. 9. ff. ad L. Rhod.* Germanorum Libertatem subinde infestaret, eosque tum virtute tum etiam fallaciâ circumveniret, Germanorum auxilia contra Germanos emeret, & loca capta in Provinciæ formam redigeret, Germani asperioribus moribus emolliti, iis præsertim in locis, ubi *militēs Romani mansiones hybernas* habuerant, Civitates condere cœperunt. Sic legitur, circiter seculum quintum Herbipolin Francorum, Schittingam Thuringiæ urbem ad Unstrutum, & Trajectum ad Rhenum surrexisse. Caroli M. ætate mentio fit duorum castellorum Eresburgi scil. & Sigeburgi, quibus Westphali se defenderunt; Bardevvicum Anno 795. fuit vicus; Dragavvitiū Wilforum urbs trans Albim, & Rerich nobile emporium ad Mare Balthicum extiterunt A. 789. Winetha Usedomi insulæ urbs circa annum 830. ab Heldungo Sveciæ Rege everfa, vel marinis fluctibus hausta narratur: aliarum fundatarum urbium memoria perobscura est, quæ & sequenti tempestate cum Gentis Saxonicæ libertate perierunt.

§. 15.

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

§. 15. Successu temporis quidem in *Gallicâ Rheni ripâ* & alibi passim à Romanis extructa sunt Castella plurima, & conditæ Urbes, inter quas celeberrimæ existunt civitas Argentoratensium *Strasburg*, civitas Nemetum, i. e. *Spira*, civitas Vangionum, nunc *Wormatia*, *Tungur*, quæ hodiè *Leodium* vocatur, *Agrippina Romana colonia Rheno* adjacens, *Augusta Trevirorum*, *Moguntiacum*, *Augusta colonia Vindelicorum*; sed à *Vandalis* & confœderatis populis hæ urbes & munitissima castella aut vastata, aut excisa, aut certè pessimis modis sunt mulctata.

§. 16. Deniqve sub *Saxonicorum Cæsarum* florente regimine, uti toti Imperio, ita & urbibus nova lux affulsit. Primus præ aliis struendis urbibus operam dedit *Henricus I. Imperator*, quem *Aucupem* nuncuparunt. Hic A. 925. *Saxones* imprimis ex agro in *Urbes* compulit, urgentibus scilicet institutum *Ungarorum* immanibus irruptionibus, quò tutus daretur miseris receptus. Nam receptâ pace ab *Ungaris* ad novem annos, summâ prudentiâ vigilavit in muniendâ patriâ, & in expugnando barbaras Nationes. Ab eodem *Henrico* extructa est urbs *Misnia*, *Qvedlinburgum* & *Martisburgum*. *Otto I.* condidit *Magdeburgum*, aliasqve urbes. Post annum salutis 1100. crevit *Moguntia* & *Brehma*, atqve *Ravensburgum* muris cinctum. Anno 1141. *Riga* condita, & A. 1160. *Lübeka*, *Wismaria*, *Rostochium*, *Sedinum*, *Rensburgum*, *Stralsundum*. &c.

§. 17. Integræ olim *Provinciae* multæqve civitates immediatè *Cæsarum imperio* fuerunt subditæ, qui per *Episcopos* Ecclesiasticam jurisdictionem exercebant; per *Comites* autem & *Officiales* causas criminales & civiles cognoscebant. Postea verò quædam beneficio *Imperatorum*, cum universitate *Ducatûs*, *Marchionatûs*, *Comitatûs*, *Baronatûs*, *Abbatia*, *Præposituræ*, *Ducibus*, *Marchionibus*, *Comitibus*, *Baronibus*, *Episcopis*, *Prælatibus* &c. *Feudi titulo* commendatæ.

§. 18. Pauca Civitates hanc conditionem effugerunt, & ab initiò *Cæsaris imperio* relicta, postmodum summâ illâ vicariâ *Jurisdictione* cum multis aliis immunitatibus & juribus fisci condecorata. Quædam ex *Principum* & *Ordinum* potestate exemptæ immediatè

diatè denuò juris Imperialis esse cœperunt; quædam *per Imperatores* à Statuum jugò sunt vindicatæ; quædam *pecunie interventu* aliorum Dominorum jurisdictionem evaserunt. Sic Ulma monasteriò Richenaviensi à Carolo M. pro animæ suæ, ac parentum suorum salute tradita, sub Ludovico Bavaro monachorum jurisdictionem *pecuniâ* avertit, & jus eligendi Senatuum, qui urbem regeret, impetravit. Quædam Civitates ex *bene-meritis* suis & Imperatorum *clementiâ* Imperiales factæ; quædam *pactis* à jurisdictione Statuum sese liberarunt.

§. 19. *Causa Finalis* Civitatum Imperialium *Primaria* est gloria DEI, & vita honesta atqve beata, *arg. l. 2. ff. de Nundin:* nempe ut ita societas civilis *conservata* ad verum decus dirigatur, & virtuosè DEO inserviat. *Secundarius* finis est vitæ humanæ commoditas; bonorum Fortunæ aptior acquisitio; civium securitas; *Nov. 8. c. 11.* Tutio Reipublicæ; *l. 3. pr. ff. de offic. præfect. vigil.* Damni averfio; *Nov. 8. pr. statûs* subditorum illæsi conservatio. *pr. de prohib. feud. alienat. per Frideric.*

§. 20. *Causa Materialis* Civitatum Imperialium est *Cœtus hominum* seu ipsi *Cives* in Civitatibus Imperialibus viventes.

§. 21. *Causa Formalis* Civitatum Imperialium est I. quod *Imperiò* *immediatè* *subjectæ* & ab aliorum Statuum & Ordinum jurisdictione sint exemptæ; quo ipso differunt à Municipalibus seu Provincialibus Civitatibus, utpotè quæ Principibus aliisve Statibus subditæ parent. II. quod Cæsaris & communi Statuum Imperii consensu receptæ, *Matriculæq; incorporatæ* reperiantur. III. quod Civitates Imperiales habeant *Jus Comitiorum*; quò ipso differunt ab aliis civitatibus Superiorem non recognoscentibus, quales fuerunt Lacedæmoniorum & Atheniensium; §. 10. *Inst. de J. N. G. & C.* & nostrò tempore Venetorum, Helvetiorum, Belgarum.

§. 22. Adde quod maxima Civitatum Imperialium pars statum agnoscat ARISTOCRATICUM, ubi administratio est penes *Pauciores & Optimates*, qui probitate, Generis dignitate, virtutum gloriâ, & sapientiæ ratione antecellunt. Hi dicuntur quandoqve *Patricii, Seniores & Ordines*: in quorum locum aliquem vacantem moribus hodiernis in plerisque Civitatibus Imperialibus alii à cæ-

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

teris Optimatibus electi substituuntur, iisque omnibus præficitur Consul *Burgermeister* / *Ammeister* / qui Senatum convocat, proponit, vota requirit, & conclusa exequi curat. Quædam tamen reguntur *DEMOCRATICE*, ubi *omnes Cives* promiscuè & indistinctè imperant, non quidem *actû & simul*, sed *potentiâ & alternatim*, dum Optimatum vices magistri collegiorum, tribuum & centuriarum tenent, & civium universorum nomine quidam ex plebe vel populo & tribubus successivè certis temporibus electi cæteris imperant, & secundum suffragia Populi universi collecta Summæ Potestatis jura administrant: uti hodiè apud Helvetios, & nonnullas Civitates Imperiales obtinet, exemplo Reuthlingæ, Argentinæ, Rotvilæ.

§. 23. Et quamvis status tam Aristocraticus quam Democraticus seu popularis *TEMPERAMENTUM* suscipiat, & hodiè in plerisque Rebuspublicis & Civitatibus Imperialibus *mixta* conspiciatur *forma*; solet tamen plerumq; altera aliqua *preponderare*, & à potiori Reipublicæ statu denominatio fieri. Sicut enim pauxillum cupri argento admixtum neque virtutem neque nomen argento adimit: Ita Temperatura isthæc statui Reipublicæ neq; vim, neq; nomen subducit.

§. 24. *Adjuncta* sunt I. *Incrementum & Amplificatio*. Hæc fit per Liberorum procreationem, in quâ utilitas publica versatur, *l. 1. ff. solut. matrim. l. 1. §. 15. ff. de ventr. in possess. mittend. novorum ædificiorum* tam publicorum quam privatorum structuram: per Privilegiorum & Libertatis concessionem. II. *Conservatio*, quæ fit per cultus Divini propagationem, juventutis probam educationem, & Justitiæ administrationem, publicorum curam, & Magistratûs virtuosam vitam, *Sirac. cap. 10. c. 5. dist. 61. c. 2. dist. 81. privilegiorum & libertatis strenuam vindicationem, itemq; privilegiorum amissorum recuperationem. l. 24. §. 4. ff. de minor. l. fin. §. fin. C. de sentent. pass. l. 1. C. de bon. vacant.*

§. 25. *Effectus* Civitatum Imperialium consistit (1.) in *Securitate* hominum, (2.) in *Commoditate*. Commodius enim vivitur in civitatibus non solum quoad *Naturalem vitam*, ad quam victus, amictus & habitatio pertinet, sed etiam quoad *Moralem vitam*.

Certè

Certè majori civilitate & urbanitate rerumq; peritiâ in urbe quis instruitur, quàm in pagò. *vid. Auth. presides. C. de Episcop. audient. & Nov. 15. c. 2. (3.)* in Juribus, Privilegiis & Immunitatibus, quæ Imperialibus competunt Civitatibus. *l. 5. ff. de jur. immunit. l. 196. ff. de R. J. c. 3. dist. 3.* Cum autem hic de Juribus articulus proprius quasi sit & domesticus Jurisconsultis, facere non possum, quin copiosius agam de *Juribus*, itemq; *Libertatibus*, *Dignitatibus*, *Privilegiis*, *Immunitatibus* & *Prærogativis* Civitatum Imperialium.

§. 26. JURA Civitatum Imperialium dicuntur etiam *Jura Regalia Herrligkeiten*. Incorporales enim res, in quarum album Regalia quoque sunt referenda, in jure consistunt. *§. un. Inst. de Reb. corp. & incorp.* Suntq; REGALIA nihil aliud, quàm jura soli Imperatori ex Lege Regia, vel etiam Statibus Imperii, sive ex Imperatoriâ concessione, sive immemoriali præscriptione & consuetudine ad salutem & decus Reipublicæ tuendum competentia. Dividuntur autem in Regalia *Majestatis sive majora*, & *Fisci sive minora*.

§. 27. MAJORA sunt, in quibus suprema potissimum potestas, dignitas & præ eminentia Principis summi relucet. Ideoque dicuntur Jura Majestatis, Reservata Cæsarea, *Kaiserliche Hochheiten und Reservaten* / coronæ Cæsaris annexa, quæ Majestati ita cohererent, ut ab eadem avelli nequeant, *Const. Imp. Friderici de pace constant. §. volumus. & ibi Dd.* qualia sunt ex. gr. Superioritas Majestatica *Kaiserliche Majestät* / Summarum dignitatum & insignium collatio & adeptio, Feudorum Regalium investitura, de Feudis Regalibus cognitio, ultima provocatio, legum generalium promulgatio, privilegiorum Imperio immediatè subjectis concessio & confirmatio, potestas Academias erigendi, easq; privilegiis & immunitatibus decorandi, civitates condendi, nundinas universales, stapulas &c. concedendi.

§. 28. MINORA sive FISCII Regalia sunt, quæ, in præmium laboris Imperatoris immensi, ad conservandum augendumvè fiscum Imperatoris pertinent. *arg. t. t. quæ sint Regal. 2. Feud. 56.* Et hæc sunt potissimum illa, quorum investiturâ Civitates ceteriq; Status Imperii ab Imperatoribus sunt decorati.

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

§. 29. Differt tamen *Regalis dignitas à Regalibus*. Ratio, quia multa sunt Regalia, quæ non sunt Dignitates Regales. *arg. c. nn. quæ sint Regal.* Sic, licet Electoratus, Ducatus, Principatus, Comitatus, sint Feuda Regalia, & habeant *Jura Regalia*, tanquam adjunctas qualitates: quin & Electores, Duces, Principes ac Comites gaudeant *Dignitate Regali Landes-Herrlichkeit und Würde*; Civitates tamen Imperiales *dignitatem non habent Regalem*, etiamsi in civitatibus & territoriis suis *jura Regalia die Landes-Herrlichkeit oder Städtliche Herrlichkeit* [sive ex Imperatoriâ concessione, sive ex immemoriali præscriptione] possideant, exercentq̃.

§. 30. TITULI & ENCOMIA Civitatum Imperialium sunt, quod nobilia *Membra* dicantur & *Status Imperii* würdige Reichs-Städte/ Edele und Edle Glieder des Heil. Römischen Reichs. Elogiô autem hoc ab ipsis Imperatoribus passim in diplomatibus honorantur. Quantò enim melioribus quis præest, tantò major ipse & honestior censetur. *Nov. 15. Præfat.* Dicuntur etiam *Fulcra & Columnæ Säulen und Stützen des Reichs* / *Reformat. der Geistlichen de anno 1436.* item, non minima *Pars Roboris Imperii Romano-Germanici*. Robur hoc animadvertens Carolus IV. in extollendis & augendis Civitatibus admodum sedulus fuit: & Henricus anno 924. in civitatibus exercitia militaria instituit, eosq̃, qui in tractandis armis, torneamentis & bellicis artibus se masculè gesserunt *eingulô militari condecoravit mit Schildt/ Helm und Rittermässigen Waapen verehret* / und vor die Nächsten nach dem Adel gehalten.

§. 31. Nonnullæ Civitates Imperiales *amplas Ditiones, Territoria & Districtus* possident; sic ex. gr. Norinberga *Dynastiam* Meydeck und Rotenburg; Ulma *Comitatum* Helffenstein und Albeck.

§. 32. Sunt etiam quædam illarum Civitatum, in quibus *publica & solennia Imperii Negotia* expediuntur; ita Francofurtum est locus destinatus *Electioni* Regis & Imperatoris Romano-Germanici, zur Kayserslichen Wahl-Stadt: & Aquisgranum inservit *Coronationi*, secundum *A. B. Tit. 25. & Capitulat. Leopoldi I. art. 37.* In aliis, usque insignioribus *Comitia* haberi solent.

§. 33. Secundum hodiernum Imperii statum Civitates imperiales

riales Imperio immediatè subjectæ *pro personis publicis* habentur: quam communem Dd. opinionem non rejicit *Pacificat. Westphal. art. 17.*

§. 34. Habent quoq; singulæ Civitates Imperiales *signa sua peculiaria*, quibus à Regibus Franco-Germanicis & Imperatoribus donatæ sunt. Hinc videmus hodiè plerasq; Civitates Imperiales in portis, muris, curiis, prætoriiis, aliisq; locis publicis *Aquilam* sive integram sive divisam (insignia Imperatoris & Imperii) suspensam, depictam, vel incisam habere. Aquila enim Libertatis Imperialis, à quâ talis Civitatum Imperialium libertas fuit, indicium est, à Julio Cæsare aquilam in clypeo portante introductum.

§. 35. Civitates Imperiales IMMEDIATE Imperio & Imperatori subjectæ sunt, nec alibi, quam CORAM IMPERATORE VEL CAMERA IMPERIALI CONVENIRI possunt, die *Bürger-schafft in denen Reichs-Städten* ist unmittelbarer Weise dem Römischen Kaiser und Heil. Reich unterworfen: & propterea IMPERIALES & IMMEDIATE dicuntur. Proinde Imperatores, sicuti in Provinciis, Episcopatibus, Abbatibus, Ducatibus & Comitibus, (uti & adhuc hodiè nobis exemplò esse potest Comes à KönigsEgg & Rotensels/ Dominus in Auslendorff/ Stauffen/ Ebenweyler/ etc. Landvogt in Obern- und Niedern Schwaben) ita etiam in Civitatibus Imperialibus Præfectos & Prætores suos *Reichs- Vögte/ Reichs- Schuldheissen* habuerunt, qui Senatoriis olim consultationibus, Cæsaris nomine, præfuerunt. Hodiè tamen ex benignitate Cæsarium in plerisq; Civitatibus Imperialibus non amplius Præfecti Cæsarei *ab Imperatoribus* præficiuntur, sed Prætores illi [ex antiquò *Reichs- Schuldheissen* dicti] ab ipso *cujusq; loci Magistratû* eliguntur: nec tam Regimini civitatis, quam Criminalibus præsident judiciis.

§. 36. Civitatum itaq; Imperialium *Forum & Judex* competens est Imperator, qui supremus Principum & Statuum Dominus, Imperiiq; caput est. Exercet autem Jdictionem suam (1) per *Consilium Aulicum* den *Reichs- Hof- Rath/* in quò causæ Imperium concernentes tractantur. Constat illud ex Germanicis Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Doctoribus, aliisq; literatis, & plerumq; Princeps, Comes vel Baro est Præses ejusdem.

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

R. J. de A. 1552. §. demnach. Capitul. Ferdin. III. art. 43. Ferdinandi IV. art. 41. Leopoldi I. art. 40. (2) per *Cameram Imperialem K aiserliches Cammer-Gericht zu Speir/* quæ summum est Imperii tribunal. Personæ Camerales sunt Judex, Præsides & Assesores. *Judex der Cammer-Richter* est caput Judicii cameralis, qui datur à solò Cæsare, & vel Princeps secularis aut ecclesiasticus, Comes aut Baro esse debet. *Præsides* sunt vel Comites, vel Barones, quos pariter solus Cæsar constituit. *Assesores die Wensizer* ab Imperatore, Electoribus, cæterisque Imperii Statibus in sex circulos divisus præsentantur *juxta modum præscriptum in Ordinat. Cam. P. 1. t. 12.* suntque Nobiles vel Doctores & Licentiati, Germani, Catholici, Augustanæ Confessioni addicti, & aliquando Reformati. *Instrum. pac. art. 7.* (3) per *Dicasterium Rothvile* das K aiserliche Hoff-Gericht zu Rothweil. Differt hoc à judicio Camerali: quia Camerale est Cæsaris & totius Imperii; Rothvileense verò solius Cæsaris, *Capitulat. Ferdinan. IV. art. 15. Leopoldi I. art. 18.* ejusque Jurisdictio limitata per *Circulos Austriacum, Svevicum, Franconicum & Rhenanum.*

§. 37. Civitates Imperiales ab Imperio NON POSSUNT ALIENARI juxta hodiernam Imperii Romano-Germanici faciem: *videatur gl. in l. 34. pr. ff. de Fideicommiss. libert.* quia Imperator debet esse Semper-Augustus zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ *proëm. Inst. de confirm. earundem, Imp. Frid. II. inscript. §. 1. Constit. 1. de Statut. §. consuetud. item pr. Const. 3. Imp. Frid. II. de pace constant. & mediis Imperium augere legitimis. pr. §. 1. proëm. Inst. l. 1. pr. C. de vet. jur. enucl. Nov. 11. §. 24. præfat. Nov. 30. §. 116. præfat.* Imò ea, quæ ab Antecessoribus avulsa & alienata sunt, recuperare. *per d. §. 1. proëm. Inst. ibi dicitur iterum. Capitulat. Ferdinan. III. art. 9. Ferdinan. IV. art. 9. Leopoldi I. art. 12.* Res enim Imperii sunt publicæ, quales sunt provinciæ, civitates & similes, quæ non sunt propriè in Imperatoris, sed ipsius Imperii seu universi Populi patrimonio, *l. 1. pr. ff. de R. D. adeò, ut exsertè rebus Cæsaris sive Fiscalibus opponantur. l. 3. §. 10. ff. de jur. Fisc. l. 39. §. 9. §. 10. ff. de Legat. I. l. 34. §. 1. §. l. 72. §. 1. ff. de contrahend. emt.* Hinc Imperator Imperium in prolem suam hæreditariò jure transferre nequaquam potest, *per l. 120. ff. d. R. J. Capitulat. Ferdinan. III. art. 38. Ferdinan.*

dinan. IV. art. 36. Leopoldi I. art. 36. sed administratio bonorum, provinciarum & civitatum Imperatori concessa, post mortem ejusdem integræ restitutioni est obnoxia. arg. l. 3. auth. res que. C. commun. de legat.

§. 38. Ex quibus abundè satis apparet, Imperatoris & omnium Imperii Statuum maximè interesse, ne hujusmodi alienationes fiant, quibus dignitas Imperialis culminis decrescat, & Imperii membra, vota ac consilia exemptionibus imminuantur. *Capitulat. Leopold. I. art. 17. Proinde etiam rejicitur falsò jactata donatio, de quâ est c. 3. dist. 96. Adde, quod adhuc hodiè Imperatores electi in Capitulatione jurare teneantur, se ne quidem cum consensu Electorum Statuumq; Imperii Civitates Imperiales alienare velle. Capitul. Ferdin. III. art. 9. Sic Carolus IV. A. 1348. & Wenceslaus A. 1377. privilegium speciale de Non-alienando dedit Civitatibus Ulm/ Memmingen/ Biberach/ Ravenspurg/ Lindaw/ Rothweil/ aliisque.*

§. 39. Civitates Imperiales sunt STATUS IMPERII. Ratio (*inter alias vid. §. seq. & supra §. 21.*) hæc est, quia Cæsaris & communi Ordinum Imperii consensu in *matriculam* Imperii, quâ Status cæteri continentur, receptæ deprehenduntur, ac jus sessionis & suffragii in Comitibus habent. Vox *Status* *Stand* dicitur à *stando* sive subsistendo, quia Imperium Romanum *stat* in *Statibus* Imperii tanquam columnis. Significat autem h. l. *Status* cum adjuncto *Imperii Reichs- Stände/* uti sunt Status 1. Electorum, 2. Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum; 3. Civitatum Imperialium.

§. 40. MATRICULA aliàs & *in genere* denotat libellum, in quo series, ordo & numerus quorundam hominum continetur, arg. l. 3. C. de agent. in reb. Verùm *hoc loco* significat catalogum, in quem Statuum Imperii nomina solenniter relata, & in quo, quantum cuique horum Imperii necessitatibus contribuere conveniens sit, expressum legitur, darinnen des Reichs Anschlag oder Anlag verzeichnet ist. Antiquissima Imperii matricula confecta est A. 1431. subsequæ sunt aliæ A. 1467. 1471. 1480. 1486. 1487. Correctæ tamen sunt omnes illæ per eam, quæ A. 1521. consilio & consensu Ordinum Wormatiæ facta est: eademque pro meliori tamdiu reputatur, donec Moderatorum judicio emendetur: R. J. de A. 1557. §. Nach dem auch

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

auch. Nam ab omni errore aut imperfectione eam absolvi non posse communiter statuunt. Ideoque Ordines Imperii A. 1548. prolixum catalogum eorum, quos ex matricula Imperii eximendos quisque crederet, Cæsari prece supplici obtulerunt. Tentata quidem est Revisio & renovatio matriculæ A. 1548. 1570. 1576. 1646. 1654. damit die Reichs-Matricul ergänzt / und die dismembrirte Circuli redintegriret würden: sed hactenus illud propositum eventum notabili caruit.

§. 41. Civitates Imperiales non tantum VOCANTUR AD COMMITIA Sie werden als Mitglieder und Stände des Reichs zu denen allgemeinen Reichs-Versammlungen sämtlich und eine iegliche insonderheit neben allen andern Reichs-Ständen / Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Grafen und Herren beschrieben und erfordert / sed etiam in illis æquè ut cæteri Status SESSIONEM & VOTUM DECISIVUM habent, haben Stimm und Stand in Reichs-Versammlungen / und helfen mit und neben allen andern Reichs-Ständen handeln / Rathschlagen und beschliessen. quæ sententia per Instrum. pac. A. 1648. art. 8. §. 1. comprobata est.

§. 42. Hinc propositio & puncta Cæsarea non tantum ad superiores Status, verum etiam nominatim ad Civitates Imperiales diriguntur, & ob feliciorum consultationis expeditionem Status in *Tres Classes* dividuntur. *Prima* est Electorum; *secunda* Principum ecclesiasticorum & secularium, Prælatorum, Abbatum, Comitum & Baronum; *tertia* Civitatum Imperialium. Hinc sicuti Electores peculiare, deinde quoque Principes, Prælati, Comites & Barones suum efformant concilium: ita etiam Civitates Imperiales peculiarem & proprium Senatium per duo scamna, unum Rhenanum & alterum Svevicum die Rheinische und Schwäbische Banc constituant.

§. 43. Rhenanum scamnum occupant Civitates circuli Rhenani, Burgundici, Westphalici, Saxonici superioris & inferioris, Edln / Aach / Straßburg / Lübeck / Wormbs / Speir / Franckfurth / Hagenau / Colmar / Schlettstatt / Goslar / Brehmen / Mühlhausen / Nordhausen / Weisenburg am Rhein / Landaw / Ober-Ehenheim / Kaiserberg / Münster am St. Gregorien-Thal / Rosheim / Türckheim / Dortmund / Friedberg / Weklar / Gelnhausen / Heervord. u. a. m.

§. 44. Sve-

§. 44. Svevico insident Svevicæ & Franconicæ civitates, Regensburg/ Augsburg/ Nürnberg/ Ulm/ Esslingen/ Keutlingen/ Nördlingen/ Rothenburg an der Tauber/ Schwäbisch-Hall/ Rothweil/ Uberslingen/ Heilbrunn/ Schwäbisch-Gemünd/ Memmingen/ Lindaw/ Dinkelspiel/ Ravensburg/ Biberach/ Schweinsfurth/ Kämpfen/ Winsheim/ Rauffbeuren/ Weil/ Wangen/ Isni/ Pfullendorff/ Offenburg/ Leutkirch/ Wimpffen/ Weissenburg am Nordgau/ Siengen/ Gengenbach/ Zell/ Buchhorn/ Aalen/ Buchaw am Federsee/ Bopffingen. u. a. m.

§. 45. Hæ Civitates Imperiales de propositionibus Cæsareis consultant & concludunt, & sic in Comitiiis, h. e. Cæsaris ac Ordinum Imperii conventibus, ad utilitatem publicam institutis, statum & locum sedendi & votandi habent, adeò, ut Cæsari in Comitiiis de utilitate Imperii proponenti consilio suo assistant. Sie helfen rathschlagen/handeln/und beschliessen/was dem Heil. Römischen Reich und teutscher Nation zu Ehren/Nutz/ Wohlfahrt und Gedeihen ersprüßlich seyn mag.

§. 46. Et hæc suffragiorum participatio potissima quasi & propria nota est, quâ Status Imperii ab aliis Imperii subjectis feceruntur. Sunt enim quidam in Imperio, qui tantum coram Imperatore vel Camera conveniri possunt, welche ohne Mittel der Kaiserl. Majestät und dem Römischen Reich unterworffen sind / und all da belanget werden müssen: quales sunt die Freye unmittelbare Reichs-Ritterschafft in Francken/ Schwaben/ und Rhein-Land; nec tamen sunt Status Imperii, cum ad Comitiam non vocentur. Idem Nobiles immediatè Imperio collectas solvunt, quamvis non sint Status: Contra Rex Bohemiæ nihil in ærarium Imperii confert, nihilò tamen fecius est Elector & Status Imperii.

§. 47. Civitates Imperiales habent jus Territorii, sive SUPERIORITATEM & JURISDICTIONEM TERRITORIALEM die Lands-Obrigkeit/ Landes-hohe Obrigkeit/ Landes-herrliche Bothmässigkeit/ Ober-Herrligkeit und Gebieth / in civitatibus, ditionibus, districtibus & territoriis suis. TERRITORIUM dicitur vel à terra, tanquam subiecto; arg. l. fin. ff. de Jdict. Unde & spacium terræ dicitur ein Gebieth: vel à terrendo, Pomponius l. 239. §. 8. ff. de V. S. quia Magistratus intrà

C

ejus

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

ejus limites habet jus terrendi, & à malis hominibus purgandi ad tuendam popularium quietem. Vocatur etiam *Districtus*, à distringendo, c. 9. X. de probat. & describitur, quòd sit spacium terræ Jurisdictione armatum. Hinc dicitur quandoqve *Imperium*, l. 7. §. 3. ff. de bon. damnat. l. 3. & 4. ff. de Jdiel. & ita hòc loco Superioritas territorialis complectitur jus Superioritatis cum omnigenò imperio & jurisdictione.

§. 48. Est autem SUPERIORITAS TERRITORIALIS jus sive potestas summi imperii, quod post Imperatorem quisque Status Imperii in suos subditos sive suo territorio subjectos eorumqve res & bona exercet. Jam verò quælibet Civitas Imperialis proprium habet districtum & territorium, cujus nomine Imperatorem immediatè recognoscit, & cui Superioritas territorialis adhæret tanquam nebula super paludem. Quia igitur Imperator Superioritate territoriali in Civitatum Imperialium territoriis non utitur, nec Civitatibus Imperialibus eadem utentibus contradicit, nec ea aliis Statibus competit, exinde sequitur, quod Civitates Imperiales habeant (salvâ tamen superioris Dominatus recognitione) jus Superioritatis territorialis die Lands hohe Herrligkeit und Gerichtbarkeit/ Ober- und Nieder- Botmäßigkeit: sive illud acquisiverint ex Concessione Imperatoris [tanquam fonte omnis dignitatis & Jurisdictionis, arg. l. 1. pr. ff. ad L. Jul. de ambit. l. 1. ff. de Constit. Princ. t. t. de Feud. March.] puta, vel per modum Beneficii & investituræ feudalis, t. 10. Quis dicatur Dux. vel per singulare Privilegium, c. 3. dist. 3. sive ex Prescriptione & immemoriali h. e. antiqvâ consuetudine, à tempore cujus non extat memoria, c. 26. X. de V. S. R. A. zu Augspurg de A. 1548. §. wann auch. sive ex Conventione, pactis & stipulationibus. c. 2. de suppl. neglig. Prælat. in 6. §. pen. Inst. de jur. personar.

§. 49. Effectus Superioritatis territorialis Imus est, quod, sicuti Principes, Duces, Comites, Barones & Nobiles immediati, ita etiam Civitates Imperiales in suis territoriis, ditionibus & districtibus TANTUM POSSINT, QUANTUM IMPERATOR IN TOTO IMPERIO: & quidem (1) in juribus *Territorialibus* & *Regalibus*, non verò in *Juribus Imperialibus*, quæ Imperatori tanquam capiti in signum supremæ Superioritatis & Majestatis sunt reservata: (2) intelligen-
da

da est data Regula *respectivè*, *secundùm quid*, & quodammodo quoad concessa in privilegiis; non verò *simpliciter* & *absolutè* quoad ea, quæ in iuribus concessis non continentur. (3) in rebus & personis provincie concessæ & *proprie*; non verò *alienæ*. (4) quoad Jurisdictionem *ordinariam* & omnimodam; non verò *absolutam* & supra leges civiles constitutam potestatem. (5) *secundùm similitudinem Juris*, non *secundùm plenitudinem potestatis*.

§. 50. Illud Effectus est, quod Civitates Imperiales, aliq; territoriorum Domini vigore juris Superioritatis in omnia bona, Landfassios, subditos, & cives in territoriis suis degentes UNIVERSALEM HABEANT JURISDICTIONEM.

§. 51. Ad Superioritatem territorialem pertinet POTESTAS ECCLESIASTICA circa Religionem instituendam & curandam die *Bestellung der Religionen/ Kirchen und Schulen*. Hinc Civitates Imperiales publicum habent Religionis exercitium, ita ut vel Catholicam, vel Augustanam Religionem sequi possint. Imprimis quia ad Civitates Imperiales pax Religiosa æquè ac ad alios Status Imperii spectat. *R. J. de A. 1555. §. nach dem aber in vielen. Instrum. pac. noviss. art. 5. n. 11.*

§. 52. Et quanquam jus Canonicum Magistratui Politico in causis Religionem & fidem concernentibus omnem potestatem adimere voluerit, *c. 1. dist. 18. c. 11. dist. 96. c. 7. c. 10. X. de Constit. c. 17. dist. 28. c. 23. c. 43. c. 51. X. de Elect. curam tamen Religionis & cultûs divini externam de jure (non solùm Civili, sed etiam) Divino Magistratibus secularibus incumbere, ipsa docet SS. Scriptura. Deut. c. 17. v. 18. 19. Esa. c. 49. v. 23. Actor. c. 15. v. 2. c. 20. v. 24. caus. 23. q. 5. c. 16. dist. 96. Eò spectat exemplum Davidis, 2. Chron. c. 14. v. 1. 2. 3. 4. cap. 16. v. 11. seqq. Salomonis, 1. Reg. c. 2. v. 26. seq. Afiæ, 2. Chron. c. 14. v. 2. 3. 4. 5. 6. & per tot. cap. 15. Josaphati, 2. Chron. c. 17. v. 6. 7. 8. 9. Hiskia & Josia. 2. Chron. c. 29. 30. 31. 34. 35.*

§. 53. Hinc piè Imperatores dixerunt, se non minorem curam Ecclesiæ, quàm vitæ, habere, *Nov. 3. in fin. subditos de Religionem commonefecerunt, l. 3. pr. C. de sum. Trin. leges tulerunt de rebus ad Ecclesiam pertinentibus, Nov. 7. 46. 67. & 120. de locis sacris & eorum privilegiis, Nov. 9. & 11. t. t. C. de SS. Eccles. de personis eccle-*

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

ecclesiasticis, *t. t. C. de Episc. & Cler. Nov. 3. 5. 56. 57. 79.* de ceremoniis, *t. t. C. ne sanct. baptism. iter. t. t. C. de stat. & imag. Nov. 58. 59.* de diebus festis, *l. 7. & 11. C. de fer. de ipsâ fidei doctrinâ. t. t. C. de sum. Trin.*

§. 54. Licet itaqve Magistratui Politico Imperium ecclesiasticum *internum*, quod in curâ animarum doctrinali & administrativa, i. e. prædicatione Evangelii, potestate ligandi & absolvendi, ut & Sacramentorum administratione ac dispensatione consistit, sit interdictum, *Joh. cap. ult. v. 17. Matth. c. 16. v. 19. & c. 18. v. 18. 2. Sam. c. 6. v. 6. 7. & 2. Chron. c. 26. v. 16. seqq.* attamen ei competit Imperium ecclesiasticum *externum*, quod consistit in curâ Religionis tutoriâ & nutricia, *Esa. c. 49. v. 23.* h. e. in curâ Verbi Divini ministros vocandi, instituendi, suspendendi, removendi, restituendi, convocandi, Ecclesias visitandi, Consistoria constituendi, Tempora, Scholas, Xenodochia, Oratoriâ, Bibliothecas extruendi & curandi, dies festos & pœnitentiales indicendi, aliisque actibus juri Episcopali connexis, quos vi Pacis Religiosæ (sicuti cæteri Imperii Status) exercere possunt. *R. A. zu Auspurg de A. 1555. §. und damit solcher Fried.*

§. 55. Civitatibus Imperialibus licet habere **CONVENTUS** *Städt. Tage absq. venia impetratione*, quoties necessitas id expostulat: *Capitulat. Leopoldi I art. 6.* etiamsi regulariter conventicula subditorum prohibita sint. *l. 3. ff. de colleg. illic. l. 1. ff. quod cujusq. univers. nom.* Conventus tales sunt vel *Universales*, quando omnes Civitates Imperiales ex omnibus circulis simul; vel *Particulares*, cum quorundam vel unius tantum circuli Civitates Imperiales conveniunt.

§. 56. *Jus* autem Civitates Imperiales ad conventus *convocandi*, quatuor hodiè concessum est civitatibus: *Argentorato* nimirum, *Norinbergæ*, *Francofurto*, & *Ulmae*. Ideoqve, vocantur conscribentes *Ausschreibende Städte* quia cæteras Imperii civitates liberas *zu den Städt. Tagen* conscribunt & convocant, ac de rebus causisque communibus, & ad totum Civitatum Imperialium collegium spectantibus deliberant.

§. 57. Civitates Imperiales habent **JUS ARCHIVI**. *Archivum* autem est receptaculum publicum, in quo scripturæ, monumenta, acta, & libri Principis aut Civitatis recondi & custodiri solent. *l. 18.*

§. 10.

§. 10. ff. de mun. & honor. Nov. 15. c. 5. Dicitur etiam Grammatophylacium, Cancellaria Canslely.

§. 58. Archivum Civitatum Imperialium est vel *Generale & commune*, in quo omnia Civitatum Imperialium acta in Comitibus & aliis earundem conventibus conscripta reponuntur & asservantur; uti nomine Svevicarum Civitatum Ulma, & Rhenensium Spira: vel *Speciale & proprium*, quod quæq; civitas per se habet, & in quo uniuscujusque reipublicæ documenta, annales, historiae, statuta, privilegia, matriculae, protocolla, libri censuales, feudales, consuetudinum receptarum, tributorum, decimarum, reddituum, finium, territorii, Senatum &c. recondita ad futuram probationem servantur. *l. 10. anth. ad hac. C. de fide Instrum. l. 4. ff. eod. l. 1. ff. de alb. scrib. Nov. 49. c. 2. caus. 30. q. 1. c. 1. §. invenimus.*

§. 59. Civitates Imperiales inter se & cum aliis possunt pro pace suâ rerumque suarum defensione & statu liberi conservatione *INIRE FOEDERA*: quamvis ordinariè subditorum colligationes tanquam conspirationes prohibitae sint. *t. t. C. de seditios. t. t. ff. de colleg. illic. l. 15. C. de Episc. & Cler. A. B. tit. 15. capitulat. Ferdinan. III. art. 7 Ferdinan. IV. art. 6. & 7. Leopoldi I. art. 7. & 10.* Foedera autem sunt obligationes mutuae inter diversas Respublicas, ad auxilia certis conventionibus invicem ferenda, inita.

§. 60. Licita sunt foedera etiam jure Civili, *l. 5. §. 1. ff. de pact. l. 7. ff. de captiv. & postlim. jure Naturali, arg. l. 3. ff. de J. & J. l. 45. §. 1. ff. ad L. Aquil. jure Gentium, arg. §. 2. Inst. de J. N. G. & C. ibi, usu exigente. jure Divino, Gen. c. 14. v. 13. Jos. c. 9. v. 15. jure Consuetudinario.* Sic A. 1254. 1325. 1335. 1365. Civitates aliquot Imperiales foedus contraxerunt, & sumtibus inter se communibus pedites & equites conduxerunt, ad purganda latrocinia viasq; salvas habendas, idq; propterea, ne Negotiationes (quibus civitates crescunt) ob itinera infestata sufflaminarentur. Huc quoque facit foedus Svevicum *der Schwäbische Bund. R. J. de A. 1500. & de A. 1529. §. und als im Abschied.*

§. 61. Civitates Imperiales, si quæ minus valent, in alicujus POTENTIORIS PROTECTIONEM se possunt concedere. *Rümelin. not. Dissert. 5, P. 2. ad A. B. item arg. c. 8. X. de privileg. l. 3. ff. de J. & J. l. 45.*

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

§. 1. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 3. §. fin. ff. de re milit. quorum textuum argumento probatur, Status liberos Superiorem recognoscentes defensionis causâ Superioribus & Potentioribus omninò se posse submittere, & nihilominus stante illâ submissione salvam existere Jurisdictionem ordinariam: quod ipsum etiam communis usus & observantia comprobat.

§. 62. Sic Mülhusa & Northusa Duces Electores Saxonæ, Eßlinga & Reuthlinga Ducem Würtembergensem, Heilbronna & Wormatia Electores Palatinos Protectores longò tempore habuerunt: quamvis jure comuni vetitum sit Potentiorum patrocinium implorare, & vice versâ illud præstare, t. t. C. ut nem. ad suum patrocin. Capitulat. Ferdinand. IV. art. 6. & Leopoldi I. art. 8. & 9. siquidem territorii Domino incumbit Protectio universalis, & onus defendendi subditos. Hinc Aurea Bulla tit. 15. & 16. item R. A. zu Speir. de A. 1529. §. 10. disposuit, daß keiner des andern Unterthanen und Verwandten des Glaubens und anderer Ursachen halben in sonderen Schutz und Schirm wider ihre Obrigkeit nehmen solle.

§. 63. Protectio talis improprie etiam dicitur *Fœdus clientelare*: id quod est inter Principem vel eum qui jura Principis habet, & eos, qui sunt sub ejus defensione, diese begeben sich unter eines Mächtigeren Schutz und Schirm/ jener hingegen soll sie bey ihren alten Herkommen/ Freyheiten/ Rechten und Gerechtigkeiten schützen/ schirmen und handhaben. Hinc Protector vocatur Patronus ein Schutz und Schirm-Herr; Clientes autem Schirm-Genossen/ Schutzverwandte; Protectoria sive literæ protectionis Schirm-Briefe..

§. 64. Attamen ejusmodi jus protectionis Patrono extraneo nullam in clientes tribuit Jurisdictionem, nec collectarum à clientibus exactionem, nec potestatem in clientum territorio quicquam attentandi circa Religionem.

§. 65. Vigore fœderis clientelaris tenentur Patroni requisiti in magno periculo clientes defendere, non tamen propriis, sed clientum sumptibus: etiamsi clientes in protectionis indicium honorarii locò annuam pensionem Schutz und Schirm-Geld Patrono solvere consueverint. c. 8. X. de privileg.

§. 66. Civitates Imperiales habent JURA FISCO. Ho-
Jic

diè *Fiscus* ærarium publicum significat, in quo reconditi sunt thesauri publici. Olim tamen *fiscus* ab *ærario* distinctus erat: Ille enim Principis Cammerguth vocabatur, atqve privata Principis utilitati inserviebat; hoc verò Populi Landguth nuncupabatur, publicæqve Populi utilitatis gratiâ constituebatur, l. 2. §. 2. ff. ne quid in loc. publ.

§. 67. *Ærarium* est vel *Sanctum* der Gottes- oder Kirchens Kasten / 1. Reg. c. 7. v. 51. 2. Reg. c. 14. v. 14. Marc. c. 12. v. 41. vel *Civile* Rent-Cammer: & consistit non tantum in pecuniâ numeratâ, sed etiam in iis, quæ pecuniæ nomine veniunt, & pecuniâ æstimari possunt, l. 178. pr. l. 222. ff. de V. S. ut sunt agri, prata, sylvæ, nemora, piscinæ, saltus, saliceta, fruteta, horti, pascua, & omnes Possessiones, ex quibus fructus in ærarium colligi possunt.

§. 68. Acquiritur enim Fisco per *agriculturam*, tanquam modum acqvirendi privilegiatum, l. 2. l. 3. C. de pasc. publ. t. t. C. de agric. & censit. per curam *pecuariam*, agros *vectigales*, t. t. ff. si ager vectig. l. 8. C. de omni agr. desert. per *tributa agraria*, i. e. agris publicis pro pastu imposita, Weid- Triff- Geld / Grund- und Boden- Zins / per *pensiones* è solo, foro, domibus braxatoriis, balneis, structuris & ædificiis publicis, l. 2. §. 17. ff. ne quid in loc. publ. Bodens Krahms Gewölb- Laden- Zins / Stand- Geld / Markt- Geld / Zins von Kauff- und Gewand- Häusern / Fleisch- und Brod- Bäncken / Jahrfüchen / etc. per *proventus metallicos*, l. 17. §. 1. ff. de V. S. t. t. C. de metallar. t. t. C. de vectigal. l. 9. §. 2. seqq. l. 13. §. 5. seqq. ff. de usufruct.

§. 69. Acquiritur etiam Fisco per *Delationem* (a) ex causa *Intestati*, si quis sine hærede decesserit. Antea verò, quam bona hæreditaria vacantia die Erblosen Güther sibi applicet *fiscus*, perquisitio præcedat Proclamate affixô, utrum bona planè sint vacantia, an verò quis profiliat, qui se defuncti hæredem jure profiteatur. l. 5. C. de bon. vacant. l. 6. C. de remiss. pign.

§. 70. (b) Ex causa *Testamenti*, si *fiscus* hæres fit institutus, vel si hæres institutus hæreditatem quidem capiat, sed retinere eam nequeat, l. un. C. quæ sint Regal. l. 2. l. 5. §. 2. ff. de his, quæ ut indign. auf. vel ab initiô sit incapax. l. 12. ff. eod. l. 3. ff. de his, quæ pro non script.

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

publicam indicuntur, germ. Reichs-Steuer / Reichs-Hülffe / des Heil. Reichs Anlagen / quas Principes olim & Status Imperii ex Camerâ & redditibus suis præstare debebant, R. J. de A. 1542. §. und nachdem der Churfürsten, idque quia subditi quotannis tributa pendunt Magistratui; sed postea indultum, ut (in subsidium) subditos suos collectare possint. R. J. de A. 1544. §. und dieweil nun diese Hülffe. Et ab ejusmodi collectis nec Privilegiati excusantur. R. J. de A. 1455. §. und nehmlich sollen alle. R. J. de A. 1582. §. und nach dem diese. Ratio, quia collectæ Imperiales indicuntur (a) si id urgeat necessitas resistendi Christiani nominis hostibus, & vocantur Türckensteuer; (b) Si Camerale judicium reformatione indigeat; Capitulat. Leopoldi I. art. 3. (c) Si Cæsar expeditionem Romanam den Römerzjug suscipiat: qui tamen sumtus hodiè rectius in alios necessarios Imperii usus impendi solent.

§. 79. Imperialis collecta duplex est: vel *Ordinaria*, quæ certam & uniformem habet præstationem, v. g. Der Anschlag des Römerzjugs / darinnen ein ieder Stand eine gewisse Anzahl zu Ross und Fuß zu halten verpflichtet / item was zu Unterhaltung des Cammergerichts erfordert wird; vel *Extraordinaria*, quæ ad quantitatem expeditionis Romanæ computatur; & vel simplex est, vel duplicata, vel pro dimidiò tantum solvitur, einfacher / dupler / halber Anschlag des Römerzjugs: & præstatur vel in pecuniâ, vel in milite.

§. 80. Hodiè duplex est collectandi modus: alter der gemeine Pfenning / quando collecta omnibus Imperii subditis, nullis exceptis, imponitur; alter nach dem Anschlag der Matricul, so und so viel Römerz Monat / juxta taxam expeditionis Romanæ. Atque de his in Comitibus Imperii, vel in conventibus Circularibus auf den Reichs- und Kreiß Tägern deliberatio fieri solet.

§. 81. *Provinciales & Speciales* collectæ sunt, quæ ad certas tantum provincias referuntur, & communiter ab Electoribus, Principibus, Comitibus & Baronibus indici solent. Landsteuer. Dividuntur itidem in *Ordinarias*, quæ singulis annis recurrunt, ut in provincia Saxonica die ordentliche Steuer auff Lætare und Bartholomæi; & *Extraordinarias*, quæ extra ordinem imponuntur, Land

Landbeet / Contribution / Current / Steur / Quatember / Bestungs-
Bau / Cammerhülffe. u. d. g.

§. 82. Fisco acquiritur (3.) per exactionem *Vectigalium*. Zoll. Hoc aliàs etiam vocatur *Telonium*, c. 23. *caus.* 24. q. 3. estq; pecunia vel *portus* seu *vecturæ*, vel *venditionis*, vel *circumvectionis* nomine exacta. Differunt *vectigalia* à *tributis*: quia ut plurimum ratione soli & *pro immobilibus* possessores tributa pendunt, *Hüther-Zins* / *Erb-Zins* / *Boden-Zins* von liegenden Gründen; *vectigalia* verò *negotiantes tantum pro mobilibus* von fahrender Waar: l. 5. C. de *vectigal.* l. 2. §. 16. ff. de *hered. & act. vend.* & quidem propter usum viæ publicæ, tanquam justam causam. *arg. Nov. 161. præfat.* Pro hoc *vectigalium* commodò territorii Dominus vicissim hoc oneris habet, ut teneatur *secura præstare itinera*, vias publicas *complanare & reficere*: & si mercator, qui *vectigal* solvit, in territorio *rapinam*, passus fuerit, aut *damnum refundere*, aut *latronem exhibere*.

§. 83. *Vectigal* itaque est *onus Reale*, quod pro mercibus fisco in itinere penditur; l. 5. 6. 8. C. de *vectigal.* & *commiss.* l. 21. pr. ff. de *donat. inter viv.* item pro *eqvis*, *curribus* &c. l. 60. §. pen. ff. *locat.* l. 17. §. 1. ff. de *V. S. c. un. quæ sint Regal.* Exola tamen & prohibita sunt (regulariter) *vectigalia*, adeò, ut nec Imperator sine consensu *Electorum* *vectigalia* nova instituire, vel aliis concedere, vel antiqua augere possit. l. 1. 2. 3. C. *nov. vectig. instit. non poss. Capitulat. Ferdinan. III. art. 20. Ferdinan. IV. art. 19. Leopoldi I. art. 21.* Ratio est, quia *actus commeandi per vias publicas* est *liberæ & publicæ facultatis*. *arg. l. 14. §. fin. ff. quemadmod. servit. amitt.* l. 24. pr. ff. de *damn. infect. c. 4. de cens. in 6. l. 2. ff. ne quid in loc. publ. l. un. ff. de via publ.*

§. 84. Imprimis verò *fideles ministri teloniis* sunt præficiendi, *severè castigatis iniquis*, qui per *immodicam avaritiam* ultra debitum exigunt. l. 5. C. de *vectig.* *Nov. 161. præfat. l. un. de super-exaction.* & l. un. C. de *superindict.* Reperiuntur enim quidam, qui non solum *tributa*, *collectas* & *vectigalia* *pauperibus* per nefas extorquent, sed etiam *veluti prædam* in usum suum conferunt, aut ad *aucupandam Superiorum gratiam* augendis student *reditibus*. Quidam etiam pro *collectione* *additamenta nimis grandia* *Muffsätze* adjiciunt, vel *vectigalia à Dominis* redimunt, & tantum non in

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

publicam avaritiam & fraudem transformant. *Nov. 8. p̄fat. Capitulat. Ferdinan. III. art. 31. Ferdinan. IV. art. 29. Leopoldi I. art. 29.* Hinc pleriq; ferè ministri, qvi rei pecuniariæ admoventur, qvamvis initiò exsuccii sint, (ad instar vaccarum, qvas vidit Pharao macie confectas) brevi tamen impingvantur.

§. 85. Ad vectigalia pertinent *Pedagia Weg-Geld/ Portoria Zehr-Geld/ Pontivegia Brücken- und Pflaster-Geld/* quæ ad pontium tam lapideorum, quàm pensilium, novarum item viarum platearumvè (publicæ utilitatis & necessitatis ratione) extruccionem & refectionem ex ordinariis proventibus jure penduntur. *Immunes* autem à vectigalibus sunt res Ecclesiarum; *l. 5. §. auth. cassa. C. de SS. Eccles. aliæq; piæ causæ; arg. l. 32. C. de Episc. & Cler. res Clericorum; l. 2. §. auth. item nulla. C. eod. c. 4. de cens. in 6. suppellex Studioforum; auth. habita. C. nefil. pro patr. & ibidem Dd. res quæ proprii usûs causâ vehuntur. l. 4. §. 1. l. 16. §. 9. ff. de publican.*

§. 86. Fisco acquiritur (4) per exactionem *Gabellarum & Accisiarum. Gabella* dicitur à germ. *Gabe/ geben.* Vocatur etiam *Accisia*, Gallicè *Assise*: vel ab assidendo, quia vectigalium exactores suis assident teloniis; vel quasi accisum, weil es gleichsam von dem erkauften Guth geschnitten wird. Vocatur etiam *Dacia*, item *Imposta*, *Imposit/ Auflagen/* item *Licentia Licenten/ Actesia Um-Geld* quasi *Dhm-Geld/* weil es auff die Dymen oder Dhymer Wein anfänglich gelegt worden. *de quibus vid. Capitulat. Ferdinan. IV. art. 20. & Leopoldi I. art. 22.*

§. 87. Sunt itaq;ve *Gabellæ* sive *Daciæ* propriè illæ vectigalium species, quæ in civitatibus & pagis pro esculentis, potulentis, aliisque rebus ad vitæ sustentationem necessariis & mercibus distractis solvuntur, v. g. *Accisia* de cerevisia, carne, vino, *Bier-Steuer/ Fleisch-Steuer/ Um-Geld/ Zapfen-Zins/ Kannen-Geld/ &c.* Sed cum accisix impositio odiosa sit in jure communi, *l. 5. C. de vectig. & ibi Dd.* utpotè quâ pauperes æq;ve, imò plus gravantur quàm divites, *l. 1. C. de apoch. publ. l. 2. C. de immunitat. nem. concedend. Nov. 8. ideoq;ve parcè accisia exigenda, & exacta in Reipublicæ utilitatem, non verò privatam commodum convertenda est. Matth. c. 22. v. 19. seqq. arg. l. 40. pr ff. de condict. indeb.*

§. 88. Fisco acquiritur (5) per *Detractionem* Abzug / Nach-
Steuer / Abzugs-Geld / Ab-oder Nach-Schoß. Vocatur etiam Ga-
bella *detractionis*, & exigi solet partim à civibus aliò migranti-
bus ob domicilii mutationem wann sich iemand an andere Orte be-
giebet / partim ex peregrinorum hæreditatibus wann einer seine Erbs-
schafft an andere Orte führet. Originem duxit à vicesimâ illâ par-
te hæreditatum, quæ postmodum (tanquam odiosa exactio) subla-
ta; l. 3. C. de Edict. D. Hadrian. toll. denuò tamen comprobata per
R. J. de A. 1555. §. wo aber / *ibi*, gegen zühmlichen Abtrag der
Leibeigenschaft und Nach-Steuer. Hinc jus *Detractionis* in
Norinbergensi, Augustana, Ravenspurgenfi, aliisqve multis Re-
buspublicis introductum, & secundum cujusvis loci consuetudi-
nem circa *Qvale* & *Quantum* judicandum est. *Const. Elect. Sax.*
38. P. 3. Non autem debetur hæc portio, nisi deductò ære alienò:
ne hæres vel alius ultra id, quod ad eum pervenit, gravetur. l. 165.
ff. de V. S.

§. 89. Civitates Imperiales habent *JUS MONETANDI* sive
cudendi monetam die Münz-Gerechtigkeit. Idqve vel ex speciali
Imperatoris *concessione*, vel antiquissima consuetudine & *præscriptio-
ne*. arg. c. un. quæ sint Regal. l. 2. C. de fals. monet. l. 1. C. de vet. numismat.
R. A. zu Speir de A. 1570. §. 132. *ibi*, daß die Münz-Gerechtig-
keit keine Mercanz, sondern ein Kåiserlich Regal, so die Münz-Stände
aus Kåiserl. Majestät sonderem Vertrauen. &c.

§. 90. Status tamen monetales non debent hoc jus aliis ven-
dere, locare, cedere vel oppignorare die Ståmpffel verleihen oder
verkauffen. R. J. de A. 1570. §. Achten auch. *Capitulat. Ferdinan.
IV. art. 35. & Leopoldi I. art. 34.* Ratio, quia multa inde oriuntur
incommoda. Sic (juxta hodiernam, proh dolor! experientiam)
ex monetâ aurò & argentò præstanti undiqve contractâ suffusis ad-
ditamentis improba conficitur: boni nummi subtrahuntur, circum-
circa raduntur, & unâ cum veterum Principum memoriâ & effigie-
bus abolentur. Tandem hoc evenit, ut in monetâ sit pagamen-
tum & scoria, non argentum. At monetarum adulteratores aliàs
ignis supplicio sunt subjiciendi l. 2. C. de fals. monet. P. H. D.
art. III.



DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

§. 91. Civitates Imperiales habent Jus CONDUCENDI die gleiche Berechtigung / das Geleit auff freyer Kaysers. Heer- und Lands Strassen æquè ac reliqui Status Imperii. R. A. zu Augspurg de A. 1548. §. 20. Vocant autem das Bergleiten durch die Städte und dero Marckung / weil sie die hindurchbegehrende Abgesandten / Befelchhaber / Kauffleute / vermittelst genugsamen Geleits allenthalben vergleiten und durchziehen lassen. Jus hoc ipse territorii Dominus in omnibus territorii sui locis & viis tam privatis quam publicis exercet. d. R. J. §. 10.

§. 92. Modus autem hoc jus exercendi fit ita, ut viarum curam habeat, easdem à provinciarum grassatoribus purget. l. 13. ff. de offic. præsid. l. 2. §. 4. C. de offic. præfect. Prætor. Afric. Reipublicæ enim maximè interest, ea loca, per quæ vulgò iter fit, securitatem obtinere. l. 1. §. 1. & 2. ff. de his qui effud. t. t. ff. de Flumin. Hunc in finem a-luntur Stipendiarii Einspänniger / Aufreuter / Geleitsbereuter / die das Geleit bereiten und zuschicken: ac præstatur ejusmodi conductus vel literis mit Geleits- Zetteln / Geleits- Briefen / vel adjunctis militibus & equitibus Persönlich Geleit / acceptò gvidagiò Geleitgeld / ex cujusvis loci consuetudine.

§. 93. Civitates Imperiales habent Jus FORTALITII & BELLIGERANDI. Ordinibus namque Imperii ex antiquissimâ libertatis prætensione concessum est armandias sive armamentaria habere Beughäusser anzurichten / arma imponere die Unterthanen bewehrt zu machen / lustrare Mustern / per Campidoctorem in tractandis armis exercere in Wehr und Waffen zu üben / civitates & castella munire Fortificiren / Bestungen zu bauen / Schlöffer mit Pasteyen zu verwahren / milites præsidarios arcibus imponere Besatzungen einzulegen / excubias instituere Wache verordnen / item milites conscribere Werben / & belligerare sive bellum movere.

§. 94. Modò omnia illa fiant defensionis causâ, & juxta Constitutiones Imperii, quæ expressè volunt, ut conscriptio militum fiat Cæsaris consensu, qui judicare potest de causâ gravi, arg. l. 13. §. 3. ff. de Usufruct. & præscitu Ducis circularis, daß die Werbung geschehe mit Vorwissen des Kreis- Obristen. R. A. de A. 1564. §. demnach so. Si verò sine Cæsaris consensu & justâ causâ milites

res colligerentur & bellum moveretur, tunc in Aula Cæsarea vel Camera imperiali Mandata avocatoria gemeine Abforderungen decernuntur, & per Fecialem durch den Kåiserlichen Herolden vel Nuncium Cameralem Ducibus & militibus insinuantur, aut affixionibus Decretorum imperialium publicis intimantur.

§. 95. Civitates Imperiales in ditionibus & districtibus suis (jure Territorii) habent Jus VENANDI die Jagt-Gerechtigkeit & JURISDICTIONEM FORESTALEM das Forst-Recht/ Jus PISCANDI Fische-
rey/ l. 2. ff. de flumin. & AUCUPIUM Weidwerck exercendi. l. 9. §. 5. l. 62. pr. ff. de Usufruct. Siquidem naturalis ratio & jus ipsum dicitant, ut, qui Territorium & Jurisdictionem omnimodam in eò habet, is quoque venandi facultatem habeat, arg. §. 12. v. planè. Inst. de R. D. l. 3. ff. de A. R. D. Venatio autem est vel Major, alta sive superior, hohe Wildbann/hohe Jagt über schwarz Wildpret/als Schweine/Bähren; Rothwildpret/ als Hirsche / Rehe; vel Minor sive inferior, kleine oder Nieder-Jagt/ als Büchse / Hasen / Hünner/ Vögel.

§. 96. Differt autem jus Foresti à jure Venationis. *Forestum* Forst significat nemus latum sine clausurâ einen grossen Wald der nicht beschlossn ist/ jus foresti Wald-oder Forst-Recht/ Förstliche Gerechtigkeit/ consistit in curâ sylvarum & nemorum, ob quam aluntur Forst-Knechte/ Förster/ Forst-Meister/ & sanciantur Wald-Holz- und Forst-Ordnungen. *Venatorium* verò seu ferinum bannum die Wildbann oder Jagt-Gerechtigkeit ipsum jus venandi & venationis actum concernit, & vocatur das Recht/ Wild zu jagen/ fällen und würgen.

§. 97. Civitatibus Imperialibus competit Jus MAGISTRATUS tum CONSTITUENDI tum REMOVENDI, die Gerichte und Aempter des gemeinen Stadt-Regiments zu besetzen und zu entsetzen. Quia difficile est totum Populum in unum convenire; §. 5. Inst. de J. N. G. & C. & sine Magistratu nulla stare potest Respublica. *Aristot. lib. 1. Polit. c. 3.* Olim civitates Imperatoris nomine per Ecclesiasticos in ecclesiasticis, & per Comites ac Missos in politicis gubernatæ; sed postquam Civitates Imperiales se ab iisdem liberarunt, ipsæ certas sibi personas elegerunt in Magistratum, & liberum regimen constituerunt.

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

§. 98. Eligendi autem sunt ad Magistratûs munera viri pii, veraces, prudentes, strenui, justitiam & patriam amantes, temperantes, clementes, modesti, candidi & ingenui, inviti magis quàm ambientes. *Deut. c. 1. v. 13. seqq. Dd. ad Tit. ff. & C. de Ambitu.* Et licet multæ Civitates Imperiales à Patriciis & Nobilibus gubernentur, quia plus quàm plebeji patriam amare creduntur, non tamen humili locò nati à Magistratu omninò sunt arcendi, sed eorum, quoq; virtus consideranda.

§. 99. Civitatibus Imperialibus jurant non tantùm Magistratus & Administratores Reipublicæ wann sie den Ampts- Eyd leisten/ verùm etiam cives HOMAGIUM PRÆSTARE tenentur daß die Bürger-schafft die Erb- und Huldigungs- Pflicht ablege. Illud juramentum *Assecurationis* vocant; hoc autem *Recognitionis Superioris*. Quod rectè distingvitur ab homagio *Obsequii* dem Bürger- Eyd/ quò novelli cives debitam obedientiam & morem se gesturos Senatui sub fidei religione pollicentur, daß sie der Stadt wollen hold/ treu und gewärtig seyn. Et quamvis cives inter se sint pares; tamen postquam alicui ordini Magistratûs potestas est collata, & plenaria facultas administrandi, juraqve dicendi concessa, cessat paritas, & Magistratus electus est caput civitatis, cui cives tanquam membra parere tenentur.

§. 100. Civitatibus Imperialibus licitum est in suis territoriis CONCEDERE & PROMULGARE STATUTA, & CONTRARIA ABROGARE. Idqve vigore Superioritatis, à quâ dependet Jurisdictio, ad quam jus condendi statuta refertur. Statuta tamen illa legibus divinis & publicis non sint contraria, nec derogent juri territoriali. Quia lex inferioris legem superioris tollere nequit. *c. 16. X. de majorit. & obed. Clem. 1. de Elect.*

§. 101. Civitates Imperiales habent Jus MITTENDI LEGATOS Abgesandten / Gesandten / Botschafften abzuschicken ad Aulam Cæsaream, ad Comitata, ad conventus circulares & provinciales: ferè etiam dixerim ad Exteros, quatenus scil. hoc jus dependet à jure Territoriali. Et licet inferior ad Superiorem propriè non dicatur Legatum mittere; attamen consuetudine receptum est, ut & hi vocentur Legati, indeqve tam bona eorundem, quàm ipsi in personâ

sonâ ab omni violatione & injuriâ muniti esse debeant. l. 8. ff. de R. D. 2. Sam. cap. 10. v. 3. 4. l. ult. ff. de Legation. l. 7. ff. ad L. Jul. de vi publ. Ut autem fides habeatur Legatis, proponant Mandata Principalium sive literas credentiales l. 5. C. de jur. fisc. l. 1. C. de mandat. Princ. l. 5. §. 1. ff. de Legation. sigillô Civitatis Imperialis propriô corroboratas.

§. 102. Civitatibus Imperialibus Jus SIGILLORUM competit: quælibet autem earum duo habere debet sigilla, alterum *Majus*, daß soll dem Reich besonders angehören/und heisset Secretum sigillum, weil man das jenige darmit versiegelt / daß heimlich wegen des Reichs zu thun ist; alterum *Minus*, daß soll der Stadt Zeichen haben/ und damit soll man der Stadt Sachen versiegeln. Et quemadmodum cera rubra olim erat Imperatorum, Regum, & Magnatum; ita viridi cerâ Civitates Imperiales antehâc plerâqve utebantur in sigillando. Ufu tamen aut ex Concessione obtinet, ut quædam etiam cerâ rubrâ sigillent.

§. 103. Civitates Imperiales potestatem habent concedendi Jus CIVITATIS, h. e. recipiendi cives & incolas, daß Bürger-Recht zu geben/Bürger und Einwohner auff, und anzunehmen. Civium autem alius est *Originarius*, qui originem traxit ex illa civitate, cujus est civis, vel qui ex patre vel avo cive natus est; l. 1. 6. 22. ff. ad municipal. alius *Assumptus* sive advena & peregrinus civis, qui aliunde adveniens cooptatus & receptus est. l. 27. 29. 34. 35. ff. eod. Sic etiam alius est *Plenus & verus* civis, qui pleno gaudet jure civitatis des grossen Bürger-Rechts; alius *Non-plenus*, qui alibi habitat, nec omnibus civitatis privilegiis utitur.

§. 104. Adde quòd alius Civis sit *Nobilis*, qui ex Nobilium & Patriciorum genere natus est, uti Patricii die Geschlechter/ Stadtz Junckern/ qui in Civitatibus insignioribus eminentem dignitatem & excellentiæ gradum obtinent; alius *Plebejus* Gemeiner Bürger/ Pfalz-Bürger/ Einwohner. Dantur etiam cives *Honorarii*, quibus tantum honoris gratiâ jus civitaticum oblatum & datum est. An verò concessum est Civitatibus Imperialibus jus inter subditos suos JUDÆOS RECIPIENDI? Affirmatur quidem, sed sub solenni illâ distinctione, ut haud facillè recipiantur, recepti verò temerè non expellantur.

DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS

§. 105. Nec denegatum est Civitatibus Imperialibus Jus A-
SYLORUM, in quibus homines ab externâ vi & carcere defenduntur.
Asyla autem sunt vel *Sacrorum Kirchen-Freyheiten*/ ut *St. Ulrich in*
Augsburg; vel *Profanorum locorum*, v. g. *Oberberckheim*/ *Neutlingen*
/ &c. hûc refer *Num. 35. v. 6. & seqq. l. 2. l. 5. C. de his, qui ad Eccles.*
confug. Ex iis ante causæ cognitionem delinquens vel debitor ex-
trahi non debet. *arg. §. 2. Inst. de his, qui sui vel alien. jur.*

§. 106. Competit quoque Civitatibus Imperialibus Jus AG-
GRATIANDI, vi cuius pœnas capitales [in casibus jure divinô non
prohibitis] vel penitus remittere, vel mitigare possunt. *l. 4. ff. de pœn.*
& ibi Dd. Et hæc sunt Jura, [si non omnia, tamen Principaliora]
quibus gaudent Civitates Imperiales; communia enim jura, quæ
& Municipalibus simul competunt, ex materia de Municipiis facile
colligi possunt.

§. 107. *Affinia* sunt (a) *Civitates Municipales Land-Fürsten-
Erb-Herren-Städte*/ quæ Statibus Imperii parent, ac Imperatori
& Imperio mediatè subsunt. (b) *Suburbium Vor-Stadt*/ quasi d.
vor der Stadt/ ante urbem situm, quod *materialiter* consideratum
est appendix urbis, *l. 2. ff. de V. S. sed formaliter* & quoad Jus civi-
tatis Urbis appellationem recipit. *arg. l. 239. §. 3. ff. de V. S.* (c) *Ca-*
strum, quod est arx munita sive fortalitium. Unde *Castellum* eine
Festung/ *l. 2. §. 14. C. de offic. præfect. prætor. Afric. l. 2. C. de fund. limi-*
troph. (d) *Burgus*, qui est nomen universitatis, *l. pen. C. de fund. rei*
priv. (e) *Burgum* eine *Burg*/ quod interdum solam Arcem muni-
tam sive propugnaculum designat, uti *Lipsiæ die Pleissenburg*; in-
terdum simul oppidum muris cinctum portisque clausum unâ cum
arce designare solet, v. g. *Strasburg*/ *Regensburg*/ *Augsburg*/ *Na-*
vensburg/ *Magdeburg*. Inde denominationem habent *Burgenses*
Burgmänner/ qui idem sunt, quod apud nos *Cives*, *Bürger*. *A. B.*
tit. 8. Hinc *Burgfried*/ *Burgfehde*/ *Burglehen*/ *Burggraf*. (f) *Arx*,
quæ tutissima pars urbis ab arcendo dicitur; *Schloß* à *schliessen*/
weil ein Schloß enge zusammen gezogen/ und mit Mauern/ Wällen
und Gräben geschlossen ist.

§. 108. *Contraria* sunt *mutationes* graves, aut planè *eversio-*
nes Civitatum Imperialium. Quemadmodum enim singulis ho-
mini-

minibus sunt ætates: sic omni Populo, Imperio, Civitati sunt natales, incrementorum gradus, vigor, decrementum, fatalis meta & vanitas: *Eccles. cap. 1. v. 2.* nec Roma nec Constantinopolis æterna.

§. 109. Causa non est ab *astris* petenda, quia astra non necessitant, & astrologicas superstitiones jura tam divina, quam humana improbant, *Levit. c. 19. v. 31. l. 2. & 5. C. de malef. & mathemat. c. 2. caus. 26. q. 5.* sed ab *impietate Populi*, ob quam ruit Jerusalem, & concidit Juda: *Esa. cap. 3. v. 8. & 9.* ore impiorum subvertitur civitas, *Proverb. c. 11. v. 11.* quando peccata populi sunt completa. *Genes. c. 6. v. 3. & 5.*

§. 110. Eò spectant varia *delicta*, ut sunt (1.) Apostasia & Idololatria; *Josue c. 24. v. 20.* 2. *Chronic. c. 28. v. 23.* (2.) Blasphemia *Dan. c. 5. v. 4. Exod. c. 20. v. 7. Nov. 77. c. 1. §. 1 & R. J. de A. 1512. tit. von Gotteslästerung. Ezech. c. 28. v. 2.* (3.) Perjurium; *Ezech. c. 17. v. 15. & 16.* (4.) Injustitia; *Syrac. c. 10. v. 8.* (5.) Impunitas delictorum; *Judic. c. 20. v. 12. seqq.* (6.) Discordia intestina; *Matth. c. 12. v. 25.* Proditiones & variæ factiones, (velut inter Israelitas & Judæos, *Judic. c. 20. v. 19. seqq.*) ex quibus tandem bella civilia aut seditiones oriuntur; (7.) Temeraria Legum mutatio & abrogatio; (8.) Ordinis Ecclesiastici & Sacerdotum ambitio, quâ secularium rerum peritos sese ostentant, contra *t. t. X. ne Cler. vel monach. secular. negot. sese immisc.* (9.) Magistratûs regnandi libido, superbia, studium commodi privati damnosissimum, & sævitia. 2. *Chron. c. 10. v. 12. 13. 14. & 1. Reg. c. 12. v. 10. & 16.*

§. 111. Accedunt quandoq; (10.) Luxuria; *Ezech. c. 16. v. 49.* (11.) Libidines; *Gen. c. 19.* (12.) Pauperum oppressio; *Esa. c. 1. v. 23. Jerem. c. 5. v. 28. Amos. c. 2. v. 6. & 7.* (13.) Immoderata collectiarum exactio; *arg. Proverb. c. 28. v. 15.* (14.) Subditorum defectio; 2. *Chron. c. 10. v. 16. seqq.* (15.) Barbarorum aliorumq; hostium Imperii irruptiones, direptiones, & desolationes; & tandem (16.) Privilegiorum amissio: idq; 1. ob non-usum; 2. abusum & excessum notabilem; 3. grave delictum; & 4. rebellionem contra Imperatorem.

Con-

QKTH 2228



Concludo nunc cum *l. i. pr. C. de vet. jur. enucl.*
 & DEO O. M. à quo non solum mundi
 totius elementa processerunt, & rerum
 dispositio in orbem terrarum introducta est,
 sed qui etiam nostrum Romano-Germanicum
 gubernat Imperium, GRATIAS IMMORTALES
 agimus. Insimul tamen ad Ejusdem omni-
 potens adiutorium ita animos erigimus no-
 stros, ut (hoc cum primis tempore) neque
 armis confidamus, neque nostris militibus,
 neque bellorum Ducibus, vel nostro inge-
 nio; sed omnem spem ad solam referamus
 summæ providentiam Trinitatis, humillimè
 orantes, ut Statum Reipublicæ nostræ Ro-
 mano-Germanicæ velit sustentare, &
 bellis feliciter peractis pace
 decorare!

F I N I S.



1077



B. M. II, 102.
h. 22, 3.

DIS
CIV
IM
JU

Nobi


NOBILISSIM

FRIDR. C
Phil. & J.



JOHANN-J

LI 17



27)
CA



BUS
S
S.

dinis

LENTISSIMI

orff-Silesii

publici



onsuetis

go-Svevus;

IS.

